Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31638
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

Clementissime conditor domine
tuam inuoco pietatem super me fa-
mulum tuum. quem de hoc seculo con-
uersum innumero sanctorum tuorum
sociare dignatus es. Queso te
ut huius conuersationis mee fide
benigne custodias. et quicquid
pro salute anime mee fuerim
deprecatus obtineam. Sim uita
probabilis. sim sapiens et humi-
lis. sim scientia uerus. obedi-
entia clarus. in increpationibus
immobilis. in grauitate decorus.
in conpassionibus piissimus. in opera-
tione cautus. in temptationibus
fortis. in iniuriis patiens. in pa-
ce firmus. in oratione assiduus.
sim misericors ac pius. in uerbis
discretus. Deus qui me miserum a seculo
conuersum innumero sanctorum tuorum
aggregare dignatus es. et ad su-
perne uocationis amorem accen-
dis per spiritum sanctum tuum cor meum
emunda. et gratiam tue bonita-
tis in misero qua uite perseue-
rem infunde. et auxilio protectio-
nis tue munitus. quod te donante
promisi usque in finem compleam. amen.

Huius sit libri. gratus labor omnipotenti.
Suscipiatque pia genitrix sua uirgo maria.
Regni celestis sanctorum cetus et omnis.
Scriptori uitam. postulet et ueniam.

quod te donante promisi usque

129